

Khôlles de latin 2026

Amour et Amitié

Apprendre aux femmes l'art d'aimer

Dans le troisième livre de l'Art d'aimer, Ovide, qui a consacré les deux premiers à donner des conseils de séduction aux hommes, se propose, sur les conseils de Vénus, de faire de même pour les femmes.

Dum facit ingenium¹, petite hinc praecepta, puellae,
Quas pudor et leges et sua iura sinunt.
Venturae memores iam nunc estote² senectae :
Sic nullum uobis tempus abibit³ iners. 60
Dum licet, et uernos⁴ etiamnum educitis⁵ annos,
Ludite : eunt anni more fluentis aquae ;
Nec quae praeteriit, iterum reuocabitur unda,
Nec quae praeteriit hora redire potest.
Vtendum est aetate : cito pede labitur aetas, 65
Nec bona tam sequitur quam bona prima fuit.
Hos ego, qui canent⁶, frutices⁷ uiolaria⁸ uidi :
Hac mihi de spina grata corona data est.
Tempus erit quo tu, quae nunc excludis amantes,
Frigida deserta nocte iacebis anus⁹, 70
Nec tua frangetur nocturna ianua rixa,
Sparsa nec inuenies limina mane¹⁰ rosa.
Quam cito (me miserum !) laxantur¹¹ corpora rugis,
Et perit in nitido qui fuit ore color.
Quasque fuisse tibi canas¹² a uirgine iuras, 75
Spargentur subito per caput omne comae.

OVIDE, *L'Art d'aimer*, III, v. 57-76

¹ Le sujet de *facit* est Vénus. Sous-entendre *meum* avec *ingenium*.

² Impératif futur du verbe *esse* à la deuxième personne du pluriel.

³ de *abeo*, *is*, *ire*, *abii*, *abitum*

⁴ *uernus*, *a*, *um* : du printemps, printanier

⁵ *educō*, *is*, *ere*, *eduxi*, *eductum* : ici, profiter de

⁶ *caneo*, *es*, *ere*, *canui*, — : être blanc

⁷ *frutex*, *icis*, *m.* : l'arbrisseau

⁸ *uiolarium*, *ii*, *n.* : le plant de violettes

⁹ *anus*, *us*, *f.* : la vieille femme

¹⁰ *mane* : le matin

¹¹ *laxo*, *as*, *are*, *aui*, *atum* : détendre

¹² *canus*, *a*, *um* : blanc

Plaintes d'Ariane

La sœur de Phèdre, Ariane, qui vient d'être abandonnée par Thésée sur une île du nom de Naxos, alors qu'elle l'a aidé à échapper au Minotaure dans le labyrinthe, invective vainement le héros qui s'éloigne à bord de son navire.

Sicine¹ me patriis auectam, perfide, ab aris,
perfide, deserto liquisti in litore, Theseu ?
Sicine¹ discedens neglecto numine diuum,
immemor, ah, deuota domum periuria portas ? 135
Nullane res potuit crudelis flectere mentis
consilium ? Tibi nulla fuit clementia praesto²,
immite ut nostri uellet miserescere pectus ?
At non haec quondam blanda promissa dedisti
uoce mihi, non haec miserae sperare iubebas, 140
sed conubia laeta, sed optatos hymenaeos,
quae cuncta aereii discerpunt irrita uenti.
Nunc iam nulla uiro iuranti femina credat,
nulla uiri speret sermones esse fideles ;
quis³ dum aliquid cupiens animus praegestit⁴ apisci⁵, 145
nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt :
sed simul ac cupidae mentis satiata libido est,
dicta nihil metuere, nihil periuria curant.
Certe ego te in medio uersantem turbine leti
eripui, et potius germanum amittere creui⁶, 150
quam tibi fallaci supremo in tempore dessem⁷.
Pro quo dilaceranda⁸ feris dabor alitibusque⁹
praeda, neque iniacta tumulabor mortua terra.

CATULLE, *Poésies*, 64, v. 132-153

¹ *sicine* : est-ce ainsi que... ? (adverbe *sic* + voyelle *-i-* de transition + interrogatif enclitique *-ne*)

² *praesto* (adverbe) joint à *esse* : être présent, être sous la main, être à disposition

³ *quis* = *quibus* (forme syncopée)

⁴ *praegestio, is, ire* : désirer vivement

⁵ *apiscor, eris, i, aptus sum* (tr.) : atteindre, saisir, gagner, obtenir

⁶ *creui* = *decreui*

⁷ *dessem* = *deessem*

⁸ *dilaceranda* = *laceranda*

⁹ *ales, itis, m. ou f.* : oiseau (poétique)

La tragédie de Niobé

Niobé, fille de Tantale, avait sept fils et sept filles. Pour avoir fait preuve d'hybris et s'être vantée d'avoir eu plus d'enfants que leur mère, Latone (ou Lété, dans le monde grec), elle est victime de la vengeance d'Apollon et Diane qui viennent de tuer les sept garçons.

[...] Stabant cum uestibus atris
ante toros¹ fratrum demisso crine sorores.
E quibus una trahens haerentia uiscere tela 290
inposito fratri moribunda relanguit² ore.
Altera, solari³ miseram conata parentem,
conticuit⁴ subito duplicataque⁵ uulnere tota est,
oraque compressit, nisi postquam spiritus ibat.
Haec frustra fugiens collabatur, illa sorori 295
inmoritur ; latet haec, illam trepidare uideres.
Sexque datis leto diuersaque uulnera passis
ultima restabat ; quam toto corpore mater,
tota ueste tegens : « Vnam minimamque relinque !
De multis minimam posco », clamauit, « et unam ». 300
Dumque rogat, pro qua rogat, occidit : orba⁶ resedit
exanimes inter natos natasque uirumque
deriguitque⁷ malis ; nullos mouet aura capillos,
in uultu color est sine sanguine, lumina maestis
stant inmoti genis, nihil est in imagine uiuum. 305
Ipsa quoque interius cum duro lingua palato⁸
congelat, et uenae desistunt posse moueri.

OVIDE, *Les Métamorphoses*, VI, v. 288-307

¹ *torus, i, m.* : ici, le lit funèbre

² *relanguesco, es, ere, relangui*, — : s'affaïsser en mourant

³ *solari = consolari* (dép.)

⁴ *conticuit = tacuit*

⁵ *duplico, as, are, aui, atum* : ici, plier en deux

⁶ *orbus, a, um* : privé de quelqu'un (un membre de sa famille)

⁷ *derigesco, is, ere, derigui*, — : devenir raide, immobile

⁸ *palatum, i, n.* : le palais (voûte de la cavité buccale)

Éloge funèbre d'une jeune fille

Pline écrit à son ami Marcellin à propos de la mort prématurée de la fille de leur ami commun Fundanius.

Tristissimus haec tibi scribo, Fundani nostri filia minore defuncta. Qua puella nihil umquam festiuus¹, amabilius nec modo longiore uita sed prope immortalitate dignius uidi. Nondum annos tredecim impleuerat, et iam illi anilis² prudentia, matronalis grauitas erat et tamen suauitas puellaris cum uirginali uerecundia. Vt illa patris ceruicibus inhaerebat ! Vt nos amicos paternos et amanter et modeste complectebatur ! Vt nutrices, ut paedagogos, ut praeceptores pro suo quemque officio diligebat ! Quam studiose, quam intellegenter lectitabat³ ! Vt parce custoditeque⁴ ludebat ! Qua illa temperantia, qua patientia, qua etiam constantia nouissimam ualetudinem tulit ! Medicis obsequabatur, sororem, patrem adhortabatur ipsamque se destitutam corporis uiribus uigore animi sustinebat. [...] O triste plane acerbumque funus ! O morte ipsa mortis tempus indignius !

PLINE LE JEUNE, *Lettres*

¹ *festiuus, a, um* : agréable, charmant, gracieux

² *anilis, e* : de vieille femme (*anus, us, f.* : la vieille femme)

³ *lectito, as, are* : lire souvent, étudier

⁴ *custodite* (adv.) : avec de la retenue

Porcia, digne fille de Caton d'Utique

Porcia (ou Porcie) est l'épouse de Brutus, l'un des instigateurs de l'assassinat de César.

Catonis filia minime muliebris animi. Quae, cum Bruti uiri sui consilium, quod de interficiendo ceperat Caesare, ea nocte quam dies taeterrimi facti secutus est, cognosset, egresso cubiculum Bruto cultellum tonsorium¹ quasi unguium resecandorum causa poposcit eoque uelut forte elapso se uulnerauit. Clamore deinde ancillarum in cubiculum reuocatus Brutus obiurgare eam coepit, quod tonsoris praeripuisse officium. Cui secreto Porcia : « Non est hoc », inquit, « temerarium factum meum, sed in tali statu nostro amoris mei erga te certissimum indicium : experiri enim uolui, si tibi propositum parum ex sententia cessisset, quam aequo animo me ferro essem interemptura. » [...] Tuos quoque castissimos ignes², Porcia M. Catonis filia, cuncta saecula debita admiratione prosequentur. Quae, cum apud Philippos uictum et interemptum uirum tuum Brutum cognosces, quia ferrum non dabatur, ardentes ore carbones haurire non dubitasti, muliebri spiritu uirilem patris exitum imitata.

Valère Maxime, *Faits et dits mémorables*

¹ *cultellus tonsorius* : couteau pour se couper les ongles

² Au sens métaphorique.

Un ami vous manque et tout est dépeuplé

Cicéron écrit cette lettre à son ami Atticus le 1^{er} février 60.

Nihil mihi nunc scito¹ tam deesse quam hominem eum quocum² omnia quae me cura aliqua adficiunt una³ communicem, qui me amet, qui sapiat, quocum ego cum loquar nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. [...] Tu autem, qui saepissime curam et angorem animi mei sermone et consilio leuasti tuo, qui mihi et in publica re socius et in priuatis omnibus conscius et omnium meorum sermonum et consiliorum particeps esse soles, ubinam es ? Ita sum ab omnibus destitutus ut tantum requietis habeam quantum cum uxore et filiola et mellito Cicerone⁴ consumitur. Nam illae ambitiosae nostrae fucosaeque amicitiae sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent. Itaque, cum bene completa domus est tempore matutino, cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus quocum aut iocari libere aut suspirare familiariter possimus. Quare te exspectamus, te desideramus, te iam etiam arcessimus. Multa sunt enim quae me sollicitant anguntque ; quae mihi uideor aures nactus tuas unius ambulationis sermone exhaurire posse.

¹ *scito* : 2^e pers. du singulier de l'impératif (futur) de *scire*

² *quocum* = *cum quo*

³ C'est un adverbe.

⁴ Il s'agit de son fils, héritier de son nom.

Le sage a-t-il besoin d'amis ?

Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum uult, si nihil aliud ut¹ exerceat amicitiam, ne tam magna uirtus iaceat², non ad hoc quod dicebat Epicurus in hac ipsa epistula³, « ut habeat qui sibi aegro assideat, succurrat⁴ in uincula coniecto uel inopi », sed ut habeat aliquem cui ipse aegro assideat, quem ipse circumuentum hostili custodia liberet. Qui se spectat et propter hoc ad amicitiam uenit male cogitat. [...] « In quid amicum paras ? » Vt habeam⁵ pro quo mori possim, ut habeam quem in exilium sequar, cuius me morti et opponam et impendam : ista quam tu describis negotiatio est, non amicitia, quae ad commodum accedit, quae quid consecutura sit spectat. Non dubie habet aliquid simile amicitiae affectus amantium ; possis dicere illam esse insanam amicitiam. Numquid ergo quisquam amat lucri causa ? Numquid ambitionis aut gloriae⁶ ? Ipse per se amor, omnium aliarum rerum neglegens, animos in cupiditatem formae non sine spe mutuae caritatis accendit.

Sénèque le Jeune, *Lettres à Lucilius*, I, 9

¹ Traduire ce segment par « ne serait-ce que pour ».

² *Iacere* a ici le sens de « rester abandonné ».

³ Référence à la *Lettre à Ménécée*, dans laquelle Épicure traite du bonheur et de l'amitié.

⁴ *Succurat* est sur le même plan que *assideat*.

⁵ Sous-entendre *aliquem* comme COD du verbe *habeam*.

⁶ Sous-entendre *causā*.

Amour et dépossession

Adde quod absumunt¹ uiris² pereuntque labore, 1
adde quod alterius sub nutu degitur aetas.
Labitur interea res³ et Babylonica fiunt,
languent officia atque aegrotat fama uacillans.
[...] Et bene parta patrum fiunt anademata⁴, mitrae⁵. 5
Eximia ueste et uictu conuiuia, ludi,
pocula crebra, unguenta, coronae,serta parantur ;
nequiquam⁶, quoniam medio de fonte leporum⁷
surgit amari⁸ aliquid, quod in ipsis floribus angat,
aut cum conscius ipse animus se forte remordet 10
desidiose agere aetatem lustrisque perire,
aut quod in ambiguo uerbum iaculata⁹ reliquit¹⁰,
quod cupido adfixum cordi uiuescit ut ignis.
[...] Atque in amore mala haec proprio summeque secundo
inueniuntur ; in aduerso uero atque inopi sunt, 15
prendre quae possis oculorum lumine operto,
innumerabilia, ut melius uigilare sit ante,
qua docui ratione¹¹, cauereque ne inliciaris.

LUCRECE, *De la nature des choses*, IV

¹ Le sujet est « les amants ».

² Ce mot vient du nom défectif *uis*.

³ Ici au sens de « patrimoine », « biens (matériels) ».

⁴ *anadema, atis, n.* : ornement pour la tête, bandeau

⁵ *mitra, ae, f.* : mitre, coiffe, diadème

⁶ Sous-entendre *est*.

⁷ *lepos, oris, n.* : charme, agrément, plaisir

⁸ Cette forme ne vient pas du verbe *amo*.

⁹ *iaculor, aris, ari, atus sum* : lancer (ici, des paroles)

¹⁰ Le sujet de ce verbe est « l'amante », d'où le féminin *iaculata*.

¹¹ *qua... ratione* : de la façon dont...

VERSIONS COURTES

Le sage et l'amitié

Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum uult, si nihil aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam magna uirtus iaceat, non ad hoc quod dicebat Epicurus in hac ipsa epistula, « ut habeat qui sibi aegro assideat, succurrat in uincula coniecto uel inopi », sed ut habeat aliquem cui ipse aegro assideat, quem ipse circumuentum hostili custodia liberet. Qui se spectat et propter hoc ad amicitiam uenit male cogitat.

Sénèque le Jeune, *Lettres à Lucilius*, I, 9

Plaintes d'Ariane abandonnée

La sœur de Phèdre, Ariane, qui vient d'être abandonnée par Thésée sur une île du nom de Naxos, alors qu'elle l'a aidé à échapper au Minotaure dans le labyrinthe, invective vainement le héros qui s'éloigne à bord de son navire.

Sicine¹ me patriis auectam, perfide, ab aris,
perfide, deserto liquisti in litore, Theseu ?
Sicine¹ discedens neglecto numine diuum,
immemor, ah, deuota domum periuria portas ?
Nullane res potuit crudelis flectere mentis
consilium ? Tibi nulla fuit clementia praesto²,
immite ut nostri uellet miserescere pectus ?
At non haec quondam blanda promissa dedisti
uoce mihi, non haec miserae sperare iubebas,
sed conubia laeta, sed optatos hymenaeos,
quae cuncta aereii discerpunt irrita uenti.

CATULLE, *Poésies*, 64

¹ *sicine* : est-ce ainsi que... ? (adverbe sic + voyelle -i- de transition + interrogatif enclitique -ne)

² *praesto* (adverbe) joint à *esse* : être présent, être sous la main, être à disposition

Un bon repas

Cenabis bene, mi Fabulle, apud me
paucis, si tibi di fauent, diebus,
si tecum attuleris bonam atque magnam
cenam, non sine candida puella
et uino et sale et omnibus cachinnis.
Haec si, inquam, attuleris, uenuste noster,
cenabis bene ; nam tui Catulli
plenus sacculus est aranearum.
sed contra accipies meros amores
seu quid suauius elegantiusue est :
nam unguentum dabo, quod meae puellae
donarunt Veneres Cupidinesque,
quod tu cum olfacies, deos rogabis,
totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

Tumultueuses amours

Dicebas quondam solum te nosse¹ Catullum,
Lesbia, nec prae me uelle tenere Iouem.
Dilexi tum te non tantum ut uulgus amicam,
sed pater ut gnatos diligit et generos.
Nunc te cognoui : quare etsi impensius² uror,
multo mi³ tamen es uilior et leuior.
Qui⁴ potis est, inquis ? Quod amantem iniuria talis
cogit amare magis, sed bene uelle minus.

Catulle, *Poésies*, 72

¹ De *noscere*.

² De l'adverbe *impense*.

³ *mi* = *mihi*

⁴ *qui* : comment

Discussion sur l'amitié au regard de la doctrine d'Épicure

Restat locus huic disputationi uel maxime necessarius de amicitia, quam, si uoluptas summum sit bonum¹, affirmatis nullam omnino fore. De qua Epicurus quidem ita dicit omnium rerum quas ad beate uiuendum sapientia comparauerit nihil esse maius amicitia, nihil uberius, nihil iucundius. Nec uero hoc oratione solum, sed multo magis uita et factis et moribus comprobauit. Epicurus, una in domo, ea quidem angusta, quam magnos tenuit amicorum greges ! Quod fit etiam nunc ab Epicureis.

Cicéron, *Des termes extrêmes du bien et du mal*

¹ *summum bonum* : le souverain bien (concept de la philosophie antique)

Un ami vous manque et tout est dépeuplé

Cicéron écrit cette lettre à son ami Atticus le 1^{er} février 60.

Nihil mihi nunc scito¹ tam deesse quam hominem eum quocum² omnia quae me cura aliqua adficiunt una³ communicem, qui me amet, qui sapiat, quocum ego cum loquar nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. Tu autem, qui saepissime curam et angorem animi mei sermone et consilio leuasti tuo, qui mihi et in publica re socius et in priuatis omnibus conscius et omnium meorum sermonum et consiliorum particeps esse soles, ubinam es ?

¹ *scito* : 2^e pers. du singulier de l'impératif (futur) de *scire*

² *quocum* = *cum quo*

³ C'est un adverbe.

Les bons côtés de César

Amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit ut alicui comitanti se per silvestre iter correptoque subita ualitudine deuersoriolo¹, quod unum erat, cesserit et ipse humi ac sub diuo² cubuerit. Iam autem rerum potens quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores prouexit, cum ob id culparetur, professus palam, si grassatorum³ et sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum⁴.

SUETONE, *Vies des douze Césars, Vie du divin Jules*

¹ *deuersoriolum*, *i*, *n.* : la petite auberge, la petite cabane

² *sub diuo* : sous le ciel, *donc* à la belle étoile

³ *grassator*, *oris*, *m.* : le brigand, le voleur

⁴ Ce mot vient du verbe *referre*.

Belle est la nuit d'amour !

O me felicem ! Nox o mihi candida ! Et o tu 1
lectule deliciis facte beate meis !
Quam multa apposita narramus uerba lucerna,
quantaque sublato lumine rixa fuit !
Nam modo nudatis mecum est luctata papillis, 5
interdum tunica duxit operta moram.
Illa meos somno lapsos patefecit ocellos
ore suo et dixit « sicine, lente, iaces ? »
Quam uario amplexu mutamus brachia ! Quantum
oscula sunt labris nostra morata tuis ! 10

Une faveur

Cicéron écrit cette lettre à Capiton en 44 au sujet de son très cher ami Atticus.

Numquam putavi fore ut supplex ad te uenirem. Atticum quanti faciam scis. Amabo te, da mihi et hoc, obliuiscere mea causa illum aliquando suo familiari, aduersario tuo, uoluisse consultum, cum illius existimatio ageretur. Hoc primum ignoscere est humanitatis tuae ; suos enim quisque debet tueri ; deinde si me amas (omite Atticum), Ciceroni tuo, quem quanti facias prae te soles ferre, totum hoc da ut quod semper existimaui nunc plane intellegam, me a te multum amari.

Éloge funèbre d'une jeune fille

Pline écrit à son ami Marcellin à propos de la mort prématurée de la fille de leur ami commun Fundanius.

Tristissimus haec tibi scribo, Fundani nostri filia minore defuncta. Qua puella nihil umquam festiuius¹, amabilius nec modo longiore uita sed prope immortalitate dignius uidi. Nondum annos tredecim impleuerat, et iam illi anilis² prudentia, matronalis grauitas erat et tamen suauitas puellaris cum uirginali uerecundia. Vt illa patris ceruicibus inhaerebat ! Vt nos amicos paternos et amanter et modeste complectebatur ! Vt nutrices, ut paedagogos, ut praeceptores pro suo quemque officio diligebat !

¹ *festiuus, a, um* : agréable, charmant, gracieux

² *anilis, e* : de vieille femme (*anus, us, f.* : la vieille femme)